

[Propria w formacie pdf do pobrania](#)

VERBUM DOMINI

Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Romános.

Rom 12:6-16

Fratres: Habéntes donatiónes secúndum grátiam, quæ data est nobis, differentes: sive prophétiam secúndum ratiónem fidei, sive ministérium in ministrándo, sive qui docet in doctrína, qui exhortátur in exhortándo, qui tríbuit in simplicitáte, qui præest in sollicitúdone, qui miserétur in hilaritáte. Diléctio sine simulatióne. Odiéntes malum, adhæréntes bono: Caritáte fraternitátis ínvicem diligéntes: Honóre ínvicem præveniéntes: Sollicitúdone non pigri: Spírítu fervéntes: Dómino serviéntes: Spe gaudéntes: In tribulatióne patiéntes: Oratióni instántes: Necessitatibus sanctórum comunicántes: Hospitalitátem sectántes. Benedícite persecúentibus vos: benedícite, et nolíte maledícere. Gaudére cum gaudéntibus, flere cum fléntibus: Idípsum ínvicem sentiéntes: Non alta sapiéntes, sed humílibus consentiéntes.

R. Deo gratias

Bracia: Mamy dary według użyczonej nam łaski różne: Bądź to prorocstwo w zakresie wiary, bądź to wykonywanie urzędu, w nauce — dar nauczania, w upominaniu — dar strofowania. Kto rozdaje, niech to czyni w prostocie; kto jest zwierzchnikiem, niech się przejmie troską; kto pełni uczynki miłosierdzia, niech to czyni z weselem.

Miłość wasza niech będzie bez obłudy. Znienawidźcie zło, a przyłgnijcie do dobra. Miłością braterską nawzajem się miłując, w okazywaniu czci jedni drugich uprzedzając. W gorliwości — nie słabnący, duchem płomienni, Panu służący, radujący się w nadziei, w ucisku wytrwali, w modlitwie — gorliwi. Potrzeby świętych wspomagający, gościnności strzegący. Błogosławcie prześladowających was, błogosławcie, a nie przeklinajcie. Weselcie się z weselącymi, płaczcie z płaczącymi. Bądźcie między sobą jednomyślni, nie wynosząc się nad innych, ale się z pokornymi zgadzając.

Sequéntia □ sancti Evangélii secúndum Ioánnem.

R. Gloria tibi Domine!

Ioann 2:1-11

In illo témpore: Núptiæ factæ sunt in Cana Galilaeæ: et erat Mater Iesu ibi. Vocátus est autem et Iesus, et discípuli eius ad núptias. Et deficiente vino, dicit Mater Iesu ad eum: Vinum non habent. Et dicit ei Iesus: Quid mihi et tibi est, mulier? nondum venit hora mea. Dicit Mater eius ministris: Quodcúmque díxerit vobis, fácite. Erant autem ibi lapídeæ hýdriæ sex pósitæ secúndum purificatiónem Iudæórum, capiéntes síngulæ metrétas binas vel ternas. Dicit eis Iesus: Implete hýdrias aqua. Et implevérunt eas usque ad summum. Et dicit eis Iesus: Hauríte nunc, et ferte architriclínó. Et tulérunt. Ut autem gustávit architriclínus aquam vinum fáctam, et non sciébat unde esset, ministri autem sciébant, qui háuserant aquam: vocat sponsum architriclínus, et dicit ei: Omnis homo primum bonum vinum ponit: et cum inebriáti fúerint, tunc id, quod detérius est. Tu autem servásti bonum vinum usque adhuc. Hoc fecit inítium signórum Iesus in Cana Galilaeæ: et manifestávit glóriam suam, et credidérunt in eum discípuli eius.

R. Laus tibi, Christe!

Onego czasu: odbywały się gody weselne w Kanie Galilejskiej i była tam Matka Jezusowa. Zaproszono też na gody Jezusa wraz z uczniami Jego. A gdy zabrakło wina, rzekła Matka Jezusa do Niego: «Wina nie mają». I rzekł Jej Jezus: «Zostaw to mnie, niewiasto, jeszcze nie nadeszła godzina moja». Mówi tedy Matka Jego do sług: «Uczyńcie cokolwiek wam powie». A było tam sześć stągwi kamiennych, ustawionych dla obrzędowych obmyć żydowskich, z których każda mogła pomieścić dwa lub trzy wiadra. Rzecz im Jezus: «Napełnijcie stągwie wodą». I napełnili je aż po brzegi. I rzekł do nich Jezus: «Zaczerpnijcie teraz i zanieście gospodarzowi wesela». I zanieśli. A gdy gospodarz skosztował wody, która stała się winem, a nie wiedział skąd by się wzięło (lecz słudzy, którzy czerpali wodę wiedzieli), przywołał gospodarz wesela oblubieńca i rzekł doń: «Každy człowiek daje naprzód dobre wino, a kiedy się napiją, wtedy to, które jest gorsze, a ty zachowałeś dobre wino aż do tego czasu». Taki to początek cudów uczynił Jezus w Kanie Galilejskiej i okazał chwałę swoją, i uwierzyli weń uczniowie Jego.